

77. De certamine inter militem et elephantum

Olim hostes, contra Caesaris milites dimicantes, in pugna etiam elephantorum auxilium adhibuerunt. Repente immanis elephanta, furens dolore vulneris, irruit in lixam inermem et miserum¹ gravi corporis pondere sub pedibus pressit atque obtrivit. Tunc miles veteranus quintae legionis, auxilium comiti praebere cupiens, gladium destrinxit et in beluam strenue incurrit,² sed sero. Elephanta lixae cadaver reliquit, veterani corpus proboscide cinxit et cum omnibus armis sublevavit, horrendum in modum barriens. Miles autem, in tanto periculo memor virtutis, proboscidem gladio caedere incepit. Sic elephanta vulnerum dolore militem dimisit³ et celeriter fugit.

¹ **miserum**: non è attributo, come *inermem*, ma aggettivo sostantivato. ² **in beluam...** **incurrit**: «si slanciò... contro» (non dimenticare l'avverbio). ³ **dimisit**: «lasciò andare».

78. Aeneas

Vergilius, clarus poeta Latinus, Aeneas¹ magnis laudibus celebravit ob miram pietatem erga deos et homines. Cum Graeci turpi dolo claram urbem Troiam expugnaverunt, Aeneas ex urbe profugit cum propinquis suis, gerens humeris senem patrem. Postea cum exiguo numero Teucrorum superstitem navem conscendit² et longum ac difficile iter suscepit. Maria infida traiecit, gentium ignotarum et saepe hostilium terras tetigit, Iunonis insidias vitavit, magna pericula ingenti animi vi superavit. Tandem, post multos et graves labores, ad Latii litora pervenit, ubi regnabat prudens rex Latinus. Hic autem Aeneas rursus acre bellum gerere debuit cum Turno, feroci rege Rutulorum, Troiugenae finibus expellere cupiente, et post victoriam Laviniam, pulchram et mitem Latini filiam, uxorem duxit.³

¹ **Aeneas**: accusativo, con desinenza propria di nomi greci. ² **navem conscendit**: «si imbarcò». ³ **uxorem duxit**: «prese in moglie», «sposò»; per le donne si usa *nubere* + dativo.

79. De graculo superbo

Pennae pavoni deciderant;¹ statim graculus, tumens² inani superbia, prope-ravit colligere atque corpus suum exornare. Deinde, contemnens suos, convenit cum formoso pavonum grege.³ Pavones autem fraudem detegunt, pennas eripiunt impudenti avi et fugant⁴ rostris. Maerens vulneribus et iniuria graculus ad suum genus revertit; sed alii graculi reiecerunt, dicentes: "Non fuisti contentus nostris sedibus et naturam tuam sprevisi; ideo merito pavonum contumeliam et nostram expulsionem nunc sentis". Simili modo, omnes qui⁵ a pristinis moribus deflexerint amicos amittent et in magnis calamitatibus erunt.

¹ **Pennae... deciderant**: ordina: *pavoni* (dativo) *deciderant pennae* (soggetto). ² **tumens**: